



PROOEMIUM.

Non est nova, quæ hac nostra tempestate multùm invaluit, scientia, quam Criticam appellant, cuius tot ferè species statui possunt, quot sunt scientiæ, & artes, immo mortalium status, & conditiones, de quibus à rerum peritis potest prudens, maturum, ac sincerum formari judicium. Ut adeò non sit cuiuslibet mittere falcam in hanc messem, nec cuiusvis sit taxare scientias, & artes, mortalium studia, & conditiones, nisi priùs rerum momenta probè expenderit, & longà experientiâ usúque ad intima penetrârit: ceteroquin nasum identidem ad ignorantiae scopulos impinget, & graviores aliorum censuras incurret. Porro ex innumeris, qui Criticam exercent, diuis nonnemo classes constituit. In prima sunt, qui non unam duntaxat sortem, & mortalium conditionem, sed omnes promiscuè, & quidem ex insidiis, larvati, ac prædonum more calamo invadunt, & excutiunt: quorum proinde Critica infamis est, ac probrofa, utpote extra Chorum Scientiarū saltans, & non nisi malignus quidam pruritus, & quiduis carpendi, ac diiudicandi libido, quam homo cum alijs vitiosis affectibus à nativa labe, quæ pro Matre superbiam habuit, secum ex utero traxit, infame hominum genus, quibus nihil tam illibatum aut sacrosanctum, quod acerba sua crisi & pestilenti calamo non arrodant, ac perstringant, nulloque habitu personarum respectu sacros & quæ ac profanos, Reges ac Principes magna cum libertate, atque arrogantiâ traducunt, & infamant. Rejectâ proin, atque ex albo literario proscriptâ infami hac Criticorum sectâ aliam nunc, quam in altera classe constituti exercent, Criticam consideremus.

Hæc igitur Critica non querit angulos, & latebras, sed aperto Authoris nomine prodit in publicum, & suos sensus mundo literato communicat. Est enim hæc Critica accurasier quædam censura, & solers judicium longousu & experientiâ conquisitum, quo expenduntur, & expoliuntur ea, quæ in quovis statu humano, scientiâ, & arte haec tenus neglecta, vel obiter pertactata, aut etiam perperam facta deprehenduntur. Neque enim quæcumque opera, aut inventa humana ita perfecta sunt, atque expolita, ut nihil illis adiici, nihil illis adimi possit; soli namque hoc Sapientiæ divinæ competit, humana verò omnia, hoc ipso, quod humana sunt, imperfecta sunt, multisque nævis, & imperfectionibus scatent: unde & verissimum est, quod proverbio traditur: Facile est inventis addere quidpiam, aut demere: qui enim alias in via præcedunt, multa plerumque obvia non advertunt, quæ tamen in sequentium ocu-

A

los

Ios jncurrunt, atque offendunt. Hæc igitur Critica est legitima, & jam olim in usu fuit hodiéque eruditis approbatur, quamdiu intra suos limites & terminos consistit, cā ferè ratione, qua solent magna flumina, quæ qnamdiu intra suum alveum se continent, innoxia fluunt, & humanis commodis deser- viunt; at ubi extra ripas se evolvunt, quounque se vertunt, gravissima da- mna inferunt. Scientia critica quamdiu debitâ cum moderatione, & intra terminos rectæ rationis aliorum defectus detegit, inventa perficit, errores e- mendat, & saniora suggerit, tum verò munus suum legitimè exercet, & Reipublicæ humanæ aliquod beneficium præstat; at ubi sinistris animi affectibus abrepta Authori insultat, ignorantiam illi exprobrat, defectus exaggerat, per- peram facta traducit, & canino dente rodit, & carpit omnia, nihil tamen emendat, nullumque remedium suggerit, tunc enimvero Critica arrogan- tiā prodit, fastūmque ostentat, & jam non meretur appellari Critica, sed effrenis contradicendi ac criminandi libido: unde neque censeri potest inter hu- manas & liberales Scientias, sed inter calumnias, & illiberales censuras, quan- tumvis nomen Authoris in fronte præferat: neque enim sanat acerba crisis, sed vulnerat; non medetur vulneri, sed vulnus exasperat, sive nomen illi ap- ponat Auctor, sive illud omittat.

Nihil horum profitetur Crisis nostra, quæ ea tantum proponet, quæ Lepto- ri erunt utilia, scitu digna, & scientiæ Geographicæ elucidandæ necessaria, nulli autem noxia.

P A R S I. C R I S I S G E O G R A P H I C A. sive De Artificio Geographico.

PROPOSITIO I.

Quid sit Geographia?

MULTIS minùs necessaria videbi-
tur hæc quæstio, cùm passim
vulgo, immo etiam Literatis
non paucis persuasum sit, Geogra-
phiam aliud non esse, quām simili-
cem orbis terrauei descriptionem,
perfectiorem quidem si adjectæ sint
Chartæ aliquot Geographicæ; imper-
fectiorem autem, si mera sit historica
Relatio. Sed hæc est ignorantia, quæ

oritur ex ipso Geographiæ nomine
perperam intellecto: neque enim re-
rum ac scientiarum nomina clarè sa-
tis explicant earundem essentias, &
naturas, sed semper opus est aliqua i-
psius nominis explicatione, aut descrip-
tione aliquantò clariore. Est autem
Geographia non scientia aliqua spe-
culativa, sed scientia sive disciplina
practica, eaque non simplex quædam,

&